


*Nr 1707.*

9902  
DISSERTATIO IVRIS PVBLICI ET PRIVATI  
DE  
**SEMITA NAVTARVM**  
IN RIPIS FLVMINVM NAVIGERORVM  
LEINPFAD SEV TROEDEL  
VVLGO APPPELLATA.



AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
P R A E S I D E  
**D. CHRISTIANO GOTTLLOB**  
**BIENERO**


IVR. NAT. ET GENT. PROF. PVBL. ORD.

A. D. XXI. NOVEMBRIS. CICIOCCCLXXXVII

H L Q C.  
AD DISCEPTANDVM PROPOSITA  
AB AVCTORE

**CAROLO EVERHARDO SCHMIDIO**

DRESDENSI



LIPSIAE  
EX OFFICINA KLAUBARTHIA.

DISSERTATIO IARIS TABERCI ET PRIVATI

DE

S E M I N A T U R A M I

I N K R I S T Y M I N Y M N A V I G E R O U M

E F F I N T A D s u a T R O E D E P

A U T Q U O A P T I T U D I A

A V C O R R A T E D I V I S T R I A I O T O L I N I C O M I N A

P R A X I S I D E

D C H R I S T I A N O G O T T L O R

H I N N E R O

I T R I M A T E T E G E M I T H O E T H E R O

A V C O R R A T E D I V I S T R I A C I O S D E C K X X I I I

N L O G C

A N D I S C E P T I M A D A M A T T O T O T O T I A

C A P A V C O R R E

G D O L O E E X I N H A D O S C H U N D T O

D E N S D E R S I

L I T T I L E

Л И Т Т А Д У А Н И А П О С Т О Л О Х

VIRIS  
AMPLISSIMIS DOCTISSIMIS  
IVRIVM CONSULTISSIMIS!  
DOMINO  
**IOANNI CHRISTOPH. HANISCH**  
A PATRE ADOPTIVO  
**ERNESTO GOTHOFREDO**  
NOMINATO  
DYNASTAE IN RIESA ET MERZDORF ETC.  
IVRIS VTRIVSQQE DOCTORI  
CONSOBRINO SVO HONORATISSIMO!  
DOMINO  
**CHRIST. ANTONIO LVDOVICO  
MELCHIOR**  
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI!  
**PATRONIS ET FAVORIBVS**  
SVMMA PIETATE AC REVERENTIA COLENDIS  
HAS STUDIOVM ACADEMICORVM PRIMITIAS  
SACRAS ESSE IUBET  
AVCTOR

A U T O R I S  
A M P L I S S I M I S D O C T R I N A S I M I S  
I U R I A M C O N S A U T I S S I M I S  
D O M I N O  
J O A N N I C H R I S T O P H . H A N N S C H  
A P A T R A A D O P T I V A  
E R N E S T O G O T H F R E D O  
N O M I N A T O  
D Y N A S T A E I N R I E S A E T M E R Z D O R F E T C  
I A R I S A T R I A S O D E D O C T O R I  
C O N S O L A T I O N E A U F H O N D R A T H S I M O I  
D O M I N O  
C H R I S T A N T O N I O L A D O A C O  
M E T C H I O R  
P A T R O N I S E T P A T O R I B A S  
S A V V I A M I E T S T A E D O R E A R E N T I A C O L I N D I S  
H A S S T A T D I O R A M A C A D E M I C O R A M T R I M I T A S  
S A C R E S E S S E I A N T  
A U C O T O R



## INTRODVCTIO.

**N**aves aduerso flumine ventoue nauigantes, funibus in culmine mali rostrore alligatis modo ab hominibus, vti in Albi, Viadro, Visurgi, modo ab equis aut bobus, vti in Danubio, trahi, experientia docet; in Gallia ab vrbe Diuioduno vsque ad Luggdunum Aeduorum plerumque nauigari in Rhodano, nauesque ab equis vehi constat, atque apud Batauos naues adeo trahi solitae appellantur Trek-Schuyt, vt ne plura alia exempla legam. In hanc rem semita quaedam in ripis est comparata, quam homines bouesque et equi nauem trahentes inservunt, et accolae riparum aliquo adeo graminum, lignorum frugumque damno pati tenentur<sup>1)</sup>). Cum igitur inter nautas circumque colentes saepius de iure vtrinque competente quaestio moueat, huiusque semitae iuralegibus publicis fere definita non fint, neque quisquam, quantum eidem memini, huius rei iura ex moribus maiorum, iurisque analogia distinctum exposuerit, operae pretium existimauit breui hac de re dicere.

CA-

1) De terminis nautarum haec monebo. Semita ista dici solet LEINPFAD, seu via, in qua nauem sive trahentes iuxta flumen incedunt. Psad significare semitam, Leine autem funem, tralatitium est, et in tabulis anni 1376. ap. LVINIGIVM Corp. Iur. Feud. T. I. p. 380. Episcopo Treuirensi tributur conductus super fluminum Mosellae, vna cum Strata eius vrohique dicta Linpad. Plura documenta hinc illinc dabo. In Saxonia appellari solet illa nautarum semita der Troedel a tarditate forte, qua iter hac semita peragi solet. Homines, qui trahunt nauem, nominantur Baum - Etcher. Baum hoc loco significare malum, palam est. Etcher autem mihi a fune dicti videntur, quo naues discunt, eamque vocem ex Anglo Saxonico repertendam puto, vbi Aeddre teninem, neruum, funem significat. Inde facile fieri potuit, vt nauem trahentes nomen inde acciperent.

A

## C A P V T I.

*De dominio fluminum et riparum ex vtroque iure Romano et Germanico differitur.*

De itinere nauigantium in ripis disputaturo, primum quaerendum videtur de dominio fluminis ac riparum, vt fundamentis recte atque ex ordine iactis, quidquid superstruxerim firmiore stet talo, omnisque cohaereat doctrina. Ex vtroque autem iure Romano et Teutonico mihi differendum est, propter promiscuum utriusque in Germania usum. CAIUS lib. II. rerum cottidianarum seu aureorum <sup>1)</sup> ait: *Riparum usus publicus est iure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaque nauem ad eas appellare, funes ex arboribus ibi natis religare, retia siccare et ex mare reducere, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicuti per ipsum flumen nauigare.* Sed proprietas illarum est quorum praedictis haerent, *qua de cauffa arbore quoque in his, natae eorumdem sunt.* Ipsius fluminis proprietatem ciuitati vindicat MARCIANVS lib. III. Institutionum <sup>2)</sup>, vt tamen usus omnibus detur. Praetoribus quidem olim ius competit, curandi, efficiendi, vt ne quid in flumine publico ripaue eius fieret, quo communis usus impeditur aut tolleretur <sup>3)</sup>, postea tamen haec fuit Principum potestas, quorum libitu arbitrio rerum publicarum usum modo temperatum limitibusque circumscriptum <sup>4)</sup> modo sublatum deprehendimus, licet usus fluminum apud Romanos in vniuersum publicus fuerit <sup>5)</sup> vt cuilibet nauigandi in flumine trahendique nauigium facultas concederetur.

Proprietas riparum vetera et novo iure semper eorum existimatam fuit, quorum praedictis haerebant, (modo <sup>6)</sup>) ne usus publicus impediri

1) L. 5. D. de diuis. rerum.

2) L. 4. §. D. c. I.

3) L. 1. pr. et §. 19. D. de fluminibus; — L. 1. pr. et §. u. D. ne quid in flumine publ. fiat. L. 1. pr. D. ut in flumine publ. nauigare lecatur.

4) L. 1. §. 41. D. de aqua cottidiania. L. 9. §. 1. D. de diuis. rer. L. 17. D. de servit. praecl. rustic.

5) cf. BASILICA L. XLII. Tit. VII. c. 4. Vol. VI. p. 103. ibique GLOSSATOR p. 107.

6) L. 5. pr. D. de diuis. rer. §. 5; Inst. c. I.

pediretur) propter riparum muniendarum puto ius et necessitatem <sup>7)</sup>.

A scitis Quiritium recedunt Germanorum populi, qui flumina Principibus adfiguarunt, ut et redditus inde caperent et curam eorum salutis publicae ergo haberent. In quo quidem articulo omnes fore consentiunt <sup>8)</sup>, sed de dominio riparum altior maioribusque difficultatibus impedita est quaestio. Evidem riparum proprietatem vicinis circumque colentibus, quorum praediis haerent, attribuendam puto, ut non fluminis naturam accessionum instar sequantur, sed conditio nem cum praediis adiacentibus eandem habeant. Quam ob rem fieri potest, ut modo singuli rustici et cives in praediis arcifiniis possideant ripam, modo universitas cuius forte patronum ad flumen usque protenditur, modo vafalli, qui iure inuestiture ripas tenent, etiam si nulla in litteris clientelaribus riparum facta fuerit mentio, modo ipsi Principes, qui aut inuestitura Caesarea <sup>9)</sup> aut veteri occupatione, aut

A 2

filia.

7) L. i. §. 17. D. de fluminibus, L. i. segg. D. de ripa munienda; AGENTI VRBICI Commune, in FRONTINVM de Limitibus agrorum ap. GOESIVM Rei Agrariae Auctor. p. 56.

8) cf. BIENER V. CL. de natura et inde domini in territoriis Germaniae. Lib. II. c. II §. 22. p. 112. segg. SCHNAUBERTH. V. CL. in opere valde laudabili: Anfangsgründe des Staatsrechte der gefaßtenen Reichslände §. 169.

9) CAROLVS V. anno 1554. ap. LYVINIG. Corp. Iur. feud. T. I. p. 418. Episcopum Wormatiensem inuestituit: *Zusamt sein und seines Stiftes Gerechtigkeit uff und in dem Rhein — mir Flüssen, Vffwassen, Fischereyen, Auen, Waeren, Buschen, Vfern etc.* Frequentem riparum mentionem in litteris imperii clientelaribus non deprehendi, magno argu mento ripas fluminum Caesareorum iure priuatorum fuisse iudicatas. MENRICVS. V. A. WILHELMVS et WENCESLAVS RR. RR. CAROLVS V. A. Bremensi ciuitati tutelam, omniaque iura in Visurgi de derant, iurisdictionem quoque et antiquam confuetudinem ut in Vesera et aliis lacubus sine ullo impedimento navigare — possent, nec tamenvilla riparum si mentio regiarum, ut plura alia taceant exempla. cf. ILLVSTR. COMES DE BUNAV diff. de iure Imperatoris et Imperii circa maria §. XXI. segg. Cur autem in quibusdam inuestiturarum litteris ripae adeo contineantur, rationem hanc esse puto, quia Principes in Rheni, Moeni altiorumque maiorum fluviorum ripis quaedam acquisuerant iura in

siluarum praediorumque suorum accessione veri domini existimantur. In omnibus autem hisce possessionibus una erit eademque possessionis conditio spectanda, ut domini quidem sint et habeantur omnes, ne tamen usum publicum, quatenus ad usum fluminis necessarius est, impedianc aut turbent<sup>10)</sup>.

Ripas

in suis vicinorumque Principum territoriis, ideoque ex usu priscorum temporum etiam haec litteris inuestiturarum, ut omnia fere alia, in serenda curarunt. Quare nego ex ipsis litteris inuestiturarum argumentum promi posse pro regio riparum iure.

10) Inanis et otiosa igitur est nostra iure de latitudine riparum disputatio, quam tractant **VLPIANVS L. 1. §. 5.**, **D. de fluminibus et PAULLVS L. 4. §. 1.** **D. c. l.** qui ripam esse ait, quae plenissimum flumen continet, sed Vlpianus ripam definit, id quod flumen continet naturalem rigorem cursus sui tenens, nec ripas mutari, si quando vel imbris vel mari, vel qua alia ratione ad tempus excresceret quod omnino sequimur, si inundatio sit temporaria, quae speciem fundi non mutat, et ob id secundum **CAIVM L. 7. §. 6.** **D. de acquir. rer. domii.** cum recesserit aqua palam est eiusdem esse agrum, cuius et fuit. cf. **WAECHTLERI Opus. p. 195.** Cum tamen saepe disceptationes de finibus riparum propter usum publicum orientur, auctoritate publica interdum certam riparum mensuram fissile definitam cognoscimus, idque a Curatoribus aluei Tiburini esse factum variis inscriptionibus liquet. Quare mensores, in re-  
cta latitudine, certum spatium flumini per centurias adscribabant, quo tamen, si fluvius suis limitibus curreret, proximus quisque veteretur, nisi hos ipsos agros et hunc modum P. R. quibusdam vendiderit. Aliquis locis impetraverant etiam possessores a Praefide provinciae, ut aliquam latitudinem flumini daret. In quibus casibus fere latitudo assignabatur etenim, quoque alluebat fluvius, indeque definitioni Paullinae lumen affertur. cf. **AGGENI Commentarius ap. GOESIVM, p. 57.** **MOSERVS** in opere: *Von der Landeshoheit in Anschung Erd und Wassers,* p. 214. ait: *Wer ist das Gestade oder die Steine oder Erde, so auf beiden Seiten eines Wassers zunächst an dasselbe gränzen. Sed haec etiam definitione vaga est, quia fluvius modo maior, modo minor est.*

In Germania fieri potest, ut Princeps sit utriusque ripae dominus, ipsumque territorium altera ripa terminet; magni tunc momenti erit quaestio, quibus finibus ripa comprehendendatur, quemadmodum anno huius seculi **LXXIII.** iure gentium inter Porosorum et Polonororum Reges de latitudine ripae vterioris cum fluvio Noteffa in Regem Porosorum translatatae disceptatum audiuiimus, in qua quidem quaestione Pauli defini-

fici-

Ripas igitur regiis Principum in Germania iuribus esse annumerandas negamus, ex ea in primis ratione, quia neque lege, neque consuetudine generali fisco Principis addictae fuerunt. Possent quidem pro accessione fluminis haberi, ut eandem sequi viderentur naturam, sed nec hoc ex moribus maiorum admissi potest, qui territorium suum usque ad ipsum flumen semper extenderunt, ut proprietas vicinorum ripas absorberet, neque unquam Quiritium more territorium flumini, in quo expatiretur, aut cuius finibus coeretur, ad signaturem reperiatur. Quibus rationibus etiamius Romanum accedit, quod, quia haec quaestio de finibus proprietatis regundis est, omnino applicabitur, ut ipsam experientiam, seu quam nostrates dicunt consuetudinem taceam, qua opinionis nostrae veritas confirmatur. Causa autem eadem atque apud Romanos mihi esse videtur, riparum muniduarum necessitas, quam statuta et leges Germanorum fere omnes sub iactura interdum praedij in iungunt vicinis'). Itaque in litteris inuestiturarum rara sit riparum mentio, etiamvis vasallorum praedia ad aquam praeterfluente in usque porriganter, quod si vero interdum sit, ripae in numero earum rerum ponuntur, que iuris priuati semper et ubique existimantur et pro accessionibus omnium praediorum habentur.

Neque Principes sibi iurisdictionem in ripis fluminum publicorum vindicant, quam alioquin in rebus et praediis potestatis sue more maiorum exercent, ut a dominio Principis separari non posse videatur. Itaque cognouimus quidem Principem eiusue magistratum, cui iurisdictionem fluminum publicorum delegauit, cadauera in vndis reperta tollere, sed mox in ripa iudici loci ordinario tradere, ut item adeo vasallorum imperium in terra fluui proxima agnoscatur. Ex quibus omnibus intelligere mihi videor, ripas esse iuris dominiique priuati.

## A 3

CA-

finitionem Regis Porussorum Ministri sequebantur. Quam equidem in Germania esse sequendam non puto, quippe Paulus ad eorum fluuiorum ripas respexit, qui certum modum ultra fines suos auctoritate publica adscriptum habebant, ideoque cum Vlpiano sentio, cuius definitio naturae rei conuenit, nisi maior latitudo aut litteris clientelaribus aut pacis conuentis, aut usu et consuetudine proberetur.

<sup>xii) cf. GADENDAM Historia Iuris Cimbrici, p. 6. p. 37.</sup>

---

## C A P V T II.

*De nauticariorum iuribus et obligationibus in semita fluminis  
nauigerorum.*

Aduerso fluvio et flatu nauigia hominibus equis bobusque trahi supra diximus, inque eam rem semitam quandam esse constitutam, quam Leinpfad seu Troedel verbo nauticō appellant, cuius iura breui videamus. Naturali quidem lege vſus riparum urgente necessitate nauigantibus denegari nequit, vt autem accolae fluminum riparumque domini semitam suo detrimento in utilitatem nautarum patientur, humilitatis est. At enim in ciuitate aliae incundae sunt rationes. Flumina non in commodum duntaxat circumcoalentium comparata sunt, sed emolumento esse debent toti ciuitati, cauendumque, vt ne singuli in detrimentum reipublicae dominatum in fluviis exerceant. Illa autem fluviorum nauigabilium utilitas sine vſu riparum plene percipi nequit, ideoque necessitas iam ex ipſa ciuitatis natura vicinis imposta videtur, vt ne vſum riparum, quatenus nauigantibus esse potest commodo, impediatur, ideoque semitam iam naturaliter patientur. Itaque editiūm PRAETORIS<sup>1)</sup> ex ipſa natura haustum expressumque reor, ait: *Ne quid in flumine publico ripaue eius facias, ne quid in flumine publico neve in ripa eius immittas, quo statio iterue nauigio deterius sit, fiat;* quod quanquam de sola nauigatione praecipere videtur, proferrendum tamen erit ad semitam riparum, quippe quod de flumine publico cauetur, secundum VPIANVM<sup>2)</sup> ad pedestre iter etiam pertinet, quia, si hoc impediatur, non ideo minus iter nauigio detrius fiat.

Germani easdem ab antiquissimis temporibus ad nostram vsque aetatem seuti sunt rationes. LEX FRISIONVM<sup>3)</sup> praecipit; *Si quis in flumine publicam viam occluserit XII. solidis componat.* Sed antiqua in tam breui scriptura non morabor; FAX WESTPHALICA<sup>4)</sup> cauet:

Plena

1) L. i. D. de fluminibus.

2) L. i. et 14. D. c. l.

3) Addit. ad Legem Frisicam Tit VII. apud CANTIANI Vol. III. Barb. Leg. Ant. p. 29.

4) Instr. Pac. Art. IX. §. 1. &c. 2.

Plena sit commerciorum libertas et transitus ubique locorum terra mari-  
que tutus , adeoque ea omnibus et singulis utriusque partis foederatorum  
vassallis, subditis, clientibus et incolis, eundi, negotiandi, redeundique  
potestas data sit , virtuteque praesentium concessa intelligatur, quae uni-  
cuque ante Germaniae motus passionem competebat , quos etiam magistratus  
utrinque contra iniurias oppressiones et violentias instar proprietorum sub-  
ditorum defendere ac protegere teneantur . Capitulationes Caesareae  
hanc ipsam libertatem omnibus Germaniae ciubus et incolis datam  
itidem sanciunt <sup>5)</sup>. Eademque est legum priorum mens et ratio <sup>6)</sup>.  
Quanquam autem in legibus imperii publicis semita iterue nautis  
non assignatur in ripis, ex mente tamen et ratione istarum legum pa-  
tet, fluminum accolas illam ipsam seruitutem, nauigationis et utilitatis  
publicae caula pati debere, quod sequenti capite illustrabitur.

At enim nautarum etiam est, ut parcant, quoad fieri potest, pro-  
prietati alienae, ideoque variae eorum sunt obligationes, prima qui-  
dem, vt ne viam tritam atque itineri assignatam excedant aut alio di-  
rigant, quam adhuc factum est, aut latius, quam necessitas vehendi  
nauem exigit, exspectientur. CELSVS libro V. digestorum ait <sup>7)</sup>:  
*Constitit, ut qua primum viam direxisset, ea demum ire, agere deberet,*  
*nec amplius mutandae eius potestatem haberet, sicuti Sabino quoque vi-*  
*debatur, qui argumento riui utebatur, quem primo qualibet ducere*  
*licuisse, posteaquam duobus esset, transferre non licet, quod et in via*  
*seruandum esse verum est. Quare antiquam formam modumque pri-*  
*scum in semita riparum esse seruandum censeo, cumque certa itineris*  
*illius latitudo legibus definita non est, eam esse latitudinem puto, quae*  
*demonstratur, quod si vero nihil dicatur, hoc boni viri arbitratu*  
taen-

5) *Art. VIII. §. 6. et 7.*

6) *Pax publ. an. 1548. §. 1. Rec. Imp. an. 1555. §. 14. De libertate autem*  
*fluminum publicorum dixit GRASSIVS in MOSERI Synt. diff. iur. publ.*  
*p. 424. et in primis HORIX, VIR ILLVSTR. apud HARTLEBEN. Thes.*  
*Diff. Mogunt. Vol. I. P. II. p. 151. Mandata sine clausula decerni, si*  
*quis nauigationem fluminum publicorum impediatur, Blumius, Cramerus,*  
*Moserus pluresque alii monuerunt.*

7) *L. 9. D. de seruitutibus.*

tuendum erit, nisi quod latitudo viae legitima, si naues bobus equisque vehuntur, omnino accipi potest<sup>8)</sup>.

Sed alueo mutato aut fluvio vi tempestatis, imbriumque et nivium multitudine, extra fines suos egrefo, quid juris sit quaeritur. Equidem si alueum plane mutauerit flumen puto vicinos nouos salutis publicae gratia nunc semitam illam in agris praediisque suis recipere debere, vt tamen quam minimum detrimentum possessoribus inferatur, idemque verum erit si fluvius ripas inundauerit, donec ad fines suos regressus fuerit. Proxima enim flumini nauigabili terra seruit, ideoque seruitus haec prout exegerit necessitas preferenda erit. Quae quidem mora quaestione boni viri arbitratu regenda erunt.

Fructus riparum iure proprietatis dominis suis cedunt, efficitur inde vt nauticali neque gramina secare, aut boues in vicino agro, prato ripaque ipsa pascere, neque ligna utilitatis lucrique faciendi causa caedere, arboribusque, vel agrorum fructibus vlo modo nocere debeat, nisi hanc etiam impositam ripis seruitutem, vt boues per quos vehitur nauis in vicino agro ripaque pascantur, probent, quam seruitutem confuetudine vel pactione imponi posse nullus dubito<sup>9)</sup>. Innoxius autem arborum in ripis stantium vsus nautis concedendus erit ideoque licebit naues religare arboribus, aut quod fieri videmus in tenui aqua, qua naues onustae aegre vehuntur, vt funibus circa arborrem datis ligatisque nauis in flumine sursum versus trahatur manibus, quem laborem verbo nautico appellare solent melken, a similitudine puto mulgentium, et lac e mammis vberibusque animalium exprimentium. Facultas autem caedendarum arborum nautis plane deneganda est, nisi forte in flumen pendentes nauigationem impedian, quo quidem casu potestatem remouendi impedimenta, datam esse putto, ita tamen vt ne sibi habeant ligna, sed domino cuius erat arbor relinquant. Haec enim est naturalis et lege civili approbata iuris sui atque quasi possessionis tutio.

Mos est, vi nautae in commodis stationibus pernoctantes manionem faciant, nauigio ad arbores anchorasque religato, atque sub dio

8) L. 8. et 13. D. de seruitiis praed. rustic.

9) L. 3. D. c. l.

dio auroram diemque exspectent, noctu autem frigoris depellendi tutelaeque sua ignem in ripis alant, quem more maiorum constitutum et navigationis causa receptum, a vicinis impediri aut prohiberi posse nego, nisi inde periculum aut aedificis arboribus aut frumentis maturis immineat. Quam ob rem iste ignis tutelaris non solum in loco tuto, ab arboribus frumentisque vacuo accendens, sed plane cohendens et interdicendus erit, si forte ventus fiat, qui cineres carbonesque frumentis, arboribus aedificisue immittere possit. Atque cum post solem occafum Praetor haud facile adiri et cauto damni infecti vnius noctis ergo peti potest, libertatem accolis naturaliter dari puto interdicendi, quo minus ignis in loco et tempore periculofo accendatur. Sed haec de iure priuato sufficiant, reliqua enim ad similitudinem feruitatis publicae facile diuidicari poterunt, vt ne vsus quidem confessoriae aut negotioriae actionis prohibendus videatur.

### C A P V T III.

#### *De iure Principis in semita nautarum.*

Duplicem Priacipes Germaniae in fluminibus ripisque publicis sustinent personam, vnam quidem, qua proprietarii riparum in filiis praediisque suis, in qua conditione iura superiore capita exposita plenius usum habent, alteram qua Principes et legislatores, de qua breui dicam. Primum quidem Principis ius est statuendi de usu fluminis riparumque, curandique vt nauigatio et mercatura promoueatur. Itaque salutis publicae contemplatione in ripis etiam vasallorum et subditorum omnia ea imperare potest, quae nauigationi et publico fluminis usui inserviunt. Quare non laudare solum poterit, vt iter pedestre atque adeo equestre praebeatur nautis<sup>1)</sup>, sed iure suo commodam etiam stationem mansioneque in flumine ad ripas instruet; turres eriget et signa quibus inoneantur nauigantes de locis periculosis vitandis;

1) cf. IAC. MOSER von der Landeshocie in Ansehung Erde und Wassers c. 18. f. 2.

vitandis; omniaque nauigationum impedimenta esse remouenda recte iubebit<sup>2)</sup>.

Ex iure imperii publico vicinis Principibus multa etiam intuitu fluminum competere erga se iniucem iura, manifestum, sed a loco nostro alienum est, ad tuenda autem commercia fluminumque et commerciorum libertatem foedera iniri posse, tantum abest, vt dubitetur, vt adeo iam medio aeuo reperiantur. ELECTORES RHENANI in foedere cum Duce Iuliacensi et Gelria anno MCCCCXVII. inita<sup>3)</sup> statuerunt: *wir sollen und wollen auch den Rynstraum, und den Laynpaide, als verre unser igliches Gepiede und Geleide geet, ungeverlich einander getrewolchen helffen, schützen und schirmen, und mit gestatten, dasz ymnds den andern, es sey in Vient/schafft, darauf — angreife, leidige, beschädige oder fah in keine Wyßz, und wir sollen auch das selber nit dun, oder unsfern Dieneren, oder den unsfern, das zu dun gestaden, in keine Wyßz, und wir sollen und wollen allen und iglichen die den Ryn uff und abfahren, und des Rynstraums und Lynpades gebrochent, alle Zyt unser fry und sicher Geleite geben, und sie auch zu einer iglichen Zyt, und als dike des noit ist, als verre dann unser igliches Geleide geet, obe sie auch unser Vient weren, und doch den Ryn, mit ihrer Kaufmannschaft, ungeverliche buvetten, sicher fahren, und fiesen lassen, und sie auch allezyt geleiden, und geleidet schaffen, wann sie das an uns oder unsere Amtleute foderend.*

Pro illa ipsa tutela et cura vlsque fluminis ius Principibus competit pensionem exigendi a nauigantibus, in locis quidem et stationibus, in quibus id ipsum lege priuilegioque aut more maiorum statutum fuit. FRIEDERICVS I. in celeberrima illa de regalibus constitutione in id ipsum mentem iam intendit<sup>4)</sup>. Sed leges nouae id verbis expressis statuant, nautisque et mercatoribus debitam functionem soluere

2) In Saxonia vasallis ad Albim praedia possidentibus saepius iniunctum fuit, vt et ipsi remouerent arbores cursum fluminis nauigationisque impeditentes, atque id ipsum subditis imponerent suis.

3) Exstat apud HONTHEIMIVM, in Histor. Trev. Dipl. T. II. p. 358.

4) II. Fend. 56.

soluere iniungunt <sup>5)</sup>. Ex vniuerso tamen imperii iure manifestum est, Principibus non competere facultatem augendi <sup>6)</sup> aut e loco in locum transferendi nauiculariam functionem, nisi commoda statio sumtibus publicis facta nouam pensionem flagitet. Pro sumtibus enim in commodum nauigationis erogatis modicam functionem statui et exigi posse, indubitate iuris est. Quae quidem omnia iura finibus territoriorum coerceri, equitibus tamen imperii eundem in modum, atque aliis territoriorum dominis tribui debent <sup>7)</sup>. Sed quæstio oriri potest in amne, qui duorum plurium territoriorum limitem constituit, vtrum nautis promiscuus vtriusque ripæ vsus concedatur? quod equidem fieri oportere responderim. Nautas enim hoc iure vtuntur per omnia territoria, ideoque nihil resert, quis sit riparum dominus, modo in omnibus locis functionem nauiculariam subeant. Itaque licebit etiam nauiculariis ab una ripa transilire ad alteram, prout necessitas aut utilitas fuerit.

Fieri etiam in Germania potest, vt Princeps in vicino territorio iura exerceat, quas seruitutes juris publici vocamus. ENGELBRECHTIVS qui late de his ipsis disservit, nullam quidem seruitutem attulit, qua ius vehendi nauem per territorium alienum, habendique semi-tam nauigiorum trahendorum causa in ripis alieni territorii contineatur, sed tam ex tabulis medii aevi, quam ex monumentis acisque Principum imperii nous tales dari seruitutes intelligimus <sup>8)</sup>. Modos

B 2 qui-

5) RUDOLPHVS II. tabulis anni 1556. cauer: Demnach der Rhein als ein freier Wasserstrohm, auch unsre freie kaiserliche Landstrassen einem jedem seiner Gelegenheit nach, auf Enrichung gebürlicher Mänt, Zoll und Aufschlag, nichts allein vermöge aller natürlichen geschriebenen Rechten, sondern auch des heiligen Reichs aufgerichteten Constitution, Ordnung und Saarzung ohne das unverferrt leben, und daran niemanden wider die Billigkeit beschwere, verbinders noch aufgehalten werden soll.

6) cf. Capitulatio Caesarea Ars VIII. vt plura alia loca taceam. Exemplum nouissimum praebet REVSS ducſche Staatskanzley T. VI. num. 10.

7) cf. PFEFFINGER Virr. Illustr. Tom. III. pag. 1469. KLIPSTEIN diff. de dominio Rheni. Gieſſae 1749. 4.

8) Insigne exemplum hodieque in Moeno obuium exposuit VIR EXCELL. DE GATZERT de dominio Moeni 1771. 4.

quidem acquirendi invenire haud difficile erit, quippe manifesti iuris est, seruitutes in alieno territorio aut antiqua Imperatoris inuestitura prouilegioue, aut ipsius Principis territorialis indulgentia aut antiqua possessione acquir<sup>9)</sup>). Quid autem seruitute trahendi nauigii in flumine

9) CAROLVS IV tabulis anni 1376. Archiepisco Treuiriensi ap. LVINICVM Corp. Iur. feud. T. I. p. 386. confirmat iurisdictionem et conductum super fluum Mefellae vna cum Strata eius virologique dicta Linpade. Addi potest charta anni 1492, quam exhibet HONTEIM hist. Trevir. T. II. p. 498. Electores Moguntini inuestiuntur apud LVINIC Arb. Imp. Vol. XVI. p. 53. aguis aquarumque decursibus tam Rheni, quam Moeni, ripis et fluminibus, in istem nauigandi transportandique iuribus, et iurisdictionibus omninodis. Itaque apud GVDENVM T. IV. num. 221. p. 466. ita aiunt: Flumen Magni sive Mogani licet inter alia regalia iura ad nos ecclesiastique nostram Moguntianam perirent, tuncque ipsius ex ius salui conductus a vestigalium, et praeterea Strata sive via publica, quae ad viramque fluminis ripam ducit. Quantae autem lites Moguntinum inter et vicinos Principes ex illo ipso Moeni et Rheni iure natas fuerint, meum non est enarrare. Breui haec addam. Moguntinus Elector ex priscis inuesti- turis omnem fere magistratum, in Moeno eiusque ripis sibi attribuit, nauigium in primis vehendis quotidie Francofurtum ac reuehendis mercibus personis Marktschiff vulgo dictum instituit, cuius non redditus solum omnino satis amplios, percipit; sed omnem etiam huius nauigationis iurisdictionem ac conductum in vicinorum adeo Principum territorii exerceat. In transactione anno huius seculi decimo octavo inter Elec-torem Moguntinum et Hassorum Principem cautum fuit: „Zweitens wollen wir der Markgraf zu Hessen-Darmstadt, das von Mayn täglich auf Frankfurz bin und hergehende Schiff same dessen Aufhangen in und außer der Mefzzeit als ein freiprivilegierte Marktschiff binkünftig ohne zweitere Contradicition erkennen, folglich uns so wenig über dasselbe dessen Geschirr und Knechte, wenn diese auch auf dem durch uns der Landgrafen zu Hessen-Darmstadt Gebiete gebenden Leinpfade etwas verbrechen sollten, als die darinnen befindlichen Waren, Personen und Zugelör einiger Cognition auf dem Wasser, es sey auf welcher Seiten des Flusses es wolle, anmaßen, sondern alle dergleichen Verbrechen den Chur-Maynischen Foro zu Höchst zur Bestrafung überlassen, weniger nicht des Herrn Churfürstens zu Mayn Lbd. und Dero Erzstift das ins condutendi auf Mayn, wie Sie dasselbe in denen Marke und andern Schiffen hergebracht, jedoch soviel die Hessische Helfte des Flusses betrifft, nur per modum seruitutis, mit allen virilibus et apperuentiis eingefeben, den Leinpfad nach dem Herkommen vorhdürfzig unterhalten, auch nichts zum Nachteil der Schiff-

flumine ripaue aliena comprehendatur, disceptatum fuit, equidem regulam esse puto, vt praeter ius trahendi nauigium nihil hoc iure contineatur, nisi plus eodem esse comprehensum recte demonstretur. Ius conducendi in itinere riparum illi iuri plerumque cohaeret, et per consequens ius exigendi debitam more maiorum functionem, quod tamen intra fines lege, pacto aut more constitutos, coercendum erit. Itaque Princeps territorialis, qui hanc patitur seruitutem, nihil quidem, quo eius exercitum impeditur, facere debet, sed ipsi Principi omnem magistratum et potestatem in flumine eiusque ripis, vicinis et accolis autem riparum proprietatem, secundum modum agrorum, et domino territorii fluminis dominium, cum omni utilitate commodo et accessionibus usque navigationis ex iure publico privatoque vindicandum puto. Ex quibus facile etiam intelligitur in navigatione, ripis, et conductu sine Principi territorialis consensu nihil inanuari oportere, eiusque esse curare, vt ne quid detrimenti territorium, populusque suus inde capiat.

„Schiffarrb weder auf gedachten Leinpfad noch mittelst Arrestirung des Marktschiffs oder sonstigen verbüngungen lassen.“ En exemplum seruitutis memorabile, quod principiis a nobis allatis illustrandis apprime vtile est. SALZMANNVS Paedagogus nostrae aetatis facile praestantissimus de isto nauigio Francofurthano T. IV. der Reisen der Salzmannischen Zöglinge, Lips. 1787 quae in oculos incurruunt retulit, docuitque alumnos suos in re praefenti, quod isto nauigio iter amoenum iter, origines et iura, quantique sit momenti discant ex ephelis egressi in scholis scientiarum solidiorum.

C

CAROLO

# CAROLO EVERHARDO SCHMIDIO

S. M. D. P. S. M. D. P.  
CHRISTIAN GOTTLLOB BIENER



Quem mihi libellum suau consiliisque amici et patroni. **TVI**, viri  
Jane doctissimi et in uniuerso iure versatissimi elaboratum obtulisti.  
**TIBI** reado, curis quidem meis aliquantulum austum, aut si mavis interpo-  
latum, ita tamen ut opusculum esset et maneret. **TVVM**. Gratulor itaque  
**TIBI**, VIR PRAENOBILISSIME! hoc doctrinac solidioris  
diligentiaeque specimen, certissime persuasus et amicorum fautorumque  
**TVORVM** et virorum doctorum calculum esse laturum. Quod autem  
**TIBI** me duce et auspice in lucem et aspectum publicum prodire meque  
laudis **TVAE** participem reddere placuerit, mihi omnino gratissimum est,  
praesertim quia in **TE** non diligentiam solum et optimarum artium stu-  
dium, sed modestiam etiam morumque probitatem et humanitatem magni-  
avsimai, vt res publica omnino optima quaeque de **TE** sperare possit  
debeatque. Magis igitur virtute **TVA** elo, VIR DOCTIS-  
SIME! meque **TVI** amantissimum amare perge.

Dabam in studio Lipsiensi Idibus Novembr. CCCCCXXXVII.

CAROLUS

**ULB Halle**  
003 335 402


3



*96,*







DISSESSATIO IVRIS PVBLICI ET PRIVATI  
DE  
**SEMITA NAVTARVM**  
IN RIPIS FLVMINVM NAVIGERORVM  
LEINPFAD SEV TROEDEL  
VVLGO APP ELL A T A.

AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
P R A E S I D E  
**D. CHRISTIANO GOTTLLOB**  
**BIENERO**

IVR. NAT. ET GENT. PROF. PVBL. ORD.

A. D. XXI. NOVEMBRIS CIOCCCLXXXVII

H L Q C.  
AD DISCEPTANDVM PROPOSITA  
AB AVCTORE  
**CAROLO EVERHARDO SCHMIDIO**  
DRESDENSI

LIPSIAE  
EX OFFICINA KLAVEARTHIA.

